

Spectas quidem primo loco abdomen (ut plerosque Anatomicos in sectionum ordine sequamur) spatium videlicet, quod describitur superius a 27.21., usque ad 27.36. ; inferius vero a 39.24. usque ad 39.34., atque in eo nodum funiculi umbilicalis, qui ex duabus arteriis, una vena, atque uracho consurgens, communicat membrana obductus, ipsi umbilico 32.½ 29. quasi clavo affigitur : hinc vero suas productiones, inferius nempe duas arterias 40.26. & 40.31.½ ab iliicis procedentes, & urachum 37.29. ad urinariam vesicam 41.29. desinentem ; superius autem venam umbilicalem 32.29., quae ad hepar ascendit.

Cernis quoque omentum multis vasis ornatum 35.25. & 35.34., atque hepar 28.25. suo cum anteriori ligamento 28.28.½, quod diaphragmati sub cartilagine ensiformi adnectitur. Intestinum pariter ileon 38.½ 27 & 40.31.

Deinde in medio ventre, seu thorace, detractis sterno, costarum portionibus, necnon pleura, quae interius costas succingit, pulmones primo aspectu observantur in magnos lobos 20.25. & 20.33. divisi : deinde segmentum diaphragmatis 25.23. & 25.35. ; duo pariter nervi in idem utrinque ad lineam descendentes 22.28. & 22.29.½

Caeterum, quod sibi voluerit indicare Eustachius per spatium illud leve, quod alba superficie oculis observatur 23.30. non satis intelligo : *Davus enim sum, non Oedipus* : fieri enim potuit (quod admodum probabile videtur) ut propter incuriam ipsius Incisoris, pericardium, cujus imaginem eo loci forte satagebat ostendere, ineptissime delineatum fuerit.

Denique, ad caput ascendens, secto cranio, atque dempta dura matre, perspicue vides superficiem cerebri pia matre obvelatam 3.23. & 3.31. una cum sanguineis vasis.

Praeterea conspicias externas etiam capitis partes, frontem nempe 5.½ 31., occiput 8.23., tempora 6.½ 27., anteriorem colli partem, & praecipue jugulum 13.30. ; posteriorem autem, quae cervix 13.25. dicitur.

In artubus vero, & primo superioribus juxta singulas partes, in quas Anatomicorum vulgo dividuntur, cernere poteris humerum 15.20. & 15.37., cubitum 30.9., ejus flexuram 28.41., carpum 34.20., metacarpum 32.47., volam manus 35.½ 19., illius dorsum 33.46. & digitos.

On distingue en premier lieu l'abdomen (afin de suivre la plupart des Anatomistes dans l'ordre des sections), espace qui, comme on le voit, est dessiné vers le haut de (27.21) jusqu'à (27.36), mais, vers le bas, de 39.24 jusqu'en 39.34 ; et <on distingue> également dans l'abdomen, le nœud du cordon ombilical, qui, constitué de deux artères, d'une veine et de l'ouraque, et cicatrisé par une membrane commune, est fixé au nombril lui-même (32,5.29) qui sert pour ainsi dire de clé. De là, partent ses prolongements : vers le bas il y a clairement deux artères (40.26 et 40.31,5), venant des iliaques, et l'ouraque (37.29) allant vers la vessie ; vers le haut, la veine ombilicale (32.29) qui monte au foie.

On discerne aussi les entrailles avec de nombreux vaisseaux (35.25), et le foie (28.25), avec son ligament antérieur (28.28,5), accroché au diaphragme sous le cartilage en forme d'épée. On discerne également l'iléon (38,5.27 et 40.31).

Puis, au milieu du ventre, soit dans le thorax, une fois qu'on a enlevé le sternum, une portion des côtes ainsi que la plèvre, qui garnit les côtes à l'intérieur, on observe d'abord les poumons divisés en grands lobes (20.25 et 20.33) ; ensuite la bande du diaphragme (25.23 et 25.35) ; deux nerfs, un de chaque côté, descendent également à la verticale vers celui-ci (22.28 et 22.29,5).

Du reste, ce qu'Eustache a voulu indiquer à travers ce petit espace de surface blanche visible (23.30), je ne le comprends pas bien : *Car je suis Dave, et non Edipe*<sup>1</sup> : il a pu ainsi arriver (ce qui semble tout à fait probable), qu'à cause de la négligence du graveur lui-même, le péricarde, dont il s'efforçait de donner une représentation à cet endroit, ait été dessiné en dépit du bon sens.

Et ensuite, en montant vers la tête, une fois le crâne ouvert, et la dure-mère enlevée, on voit précisément la surface du cerveau couverte par la pie-mère (3.23 et 3.31), en même temps que les vaisseaux sanguins.

En outre on considère les parties externes de la tête, précisément le front (5,5.31), l'occiput (8.23), les tempes (6,5.27), la partie avant du cou et particulièrement la gorge (13.30) ; d'autre part sa partie arrière qu'on appelle nuque (13.25).

En ce qui concerne les membres, et en premier lieu les membres supérieurs, selon la distinction des parties que suit l'ensemble des anatomistes, on pourra discerner l'humerus (15.20 et 15.37), le cubitus (30.9), son articulation (28.41), le carpe (34.20), le métacarpe (32.47), la paume de la main (35,5.19), son dos (33.46), et les doigts.

<sup>1</sup>Térence, *Andrienne*, 194.

Inferiorum autem artuum partes sunt primo femur, quod superior cruris pars est a genu 62.27. & 62.40. usque ad abdomen ; subinde tibia, quae est inferior pars pedis a genu usque ad tarsum 81.28. & 81.40., quaeque posterius 70.30 sura dicitur ; tandem extremus pes, qui alias patitur subdivisiones : hunc enim Anatomici partiuntur, in tarsum 81.28. & 81.40. ; metatarsum 83.28. & 83.42. ac digitos.

Fruere igitur, amice Lector, tanti Viri labore, et nostra, quam hic pro viribus adhibuimus, industria.

Quant aux parties des membres inférieurs, il y a, d'abord le fémur, partie supérieure de la jambe qui va du genou (62.27 et 62.40) à l'abdomen ; juste après, le tibia, partie inférieure du pied<sup>2</sup> –du genou au tarse (81.28 et 81.40)- ; sa partie arrière est appelée mollet (70.30) ; enfin le bout du pied connaît d'autres divisions : les anatomistes le séparent en effet en tarse (81.28 et 81.40), métatarse (83.28 et 83.42) et orteils.

Profitez donc, ami Lecteur, du travail d'un si grand Homme et de l'ardeur, que nous avons déployée, à la mesure de nos forces.

(Latinistes de T<sup>ale</sup>, Lycée de Kerneuzec, Quimperlé, Prof. Coralie Janvier)

<sup>2</sup> Selon Monsieur le Sieur de Saint Hilaire, *L'Anatomie du corps humain*, tome I<sup>er</sup>, Paris, Guérin, 1698, p. 59 : « Le Pied a trois parties, la cuisse, la jambe et le pied proprement ».